



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 23.

---

<urn:nbn:de:hbz:466:1-64160>

sus Christus ad passionē venerat, dixit Chlodoueus, Siego  
ibidem cū Francis meis suis ē, eius iniuriā vindicasse. Iam  
fidem his verbis ostendens, Christianū te virum affirmat.

**G**odegisilus \* frater Gundobadi solatium per le-  
gatos Chlodoueū postulans. Cum eū comperisset  
fortissimū in prælijs; promittens, si ejceret Gundo-  
badū cum suo subſidio, à regno tributū Cholodoueo ſolue-  
ret Gūdobadus ignorans dolum fratris Godegiſili, ad eum  
misit, dicens, veni ut rēſiſtam uſus Francis vnanimiter; vt q  
alięgentes paſſae ſunt, non perferamus nos. At ille, Va-  
dam, inquir, & p̄rbeam tibi auxilium. Chlodoueuscū  
Francis aduersus hos duos reges caſtro Diuionensi Cam-  
paniam direxit ad prælium. Godegiſilus Chlodoueo con-  
iungitur, ac vterq; exercitus Gundobadi populum atte-  
rit. At ille dolum fratris cognoscens terga vertit, & Ro-  
dani ripam percurrens, Auenionem urbem ingreditur.  
Godegiſilus obtēta victoria, promissa Clodoueo ex par-  
te implens, \* Auenione nq; triumphans Chlodoueus rex al. Viennamque  
post Gūdobadū dirigit, q eū de ciuitate extrahere poſſet.

**A**Redius prudentissimus vir cum Gundobado in-  
tra caſtra ſedens, ad Gundobadum ait, Oportet  
te lenire huius hominis feritatem. Ego me ſi-  
mulabo à te fugere; ad eum transibo, vt faciam quod ne-  
que tibi neque huic noceat regioni. Quodcunq; tibi  
meum iniunxerit consilium faciendum promitte, donec  
cauſam tuam Dominus proſperet. Areduſ valedicens ad  
Clodoueum petrexit dicens, Illum perfidum Gundoba-  
dū relinquens, tuę glorię me offero. Benigniter à Clodo-  
ueo recipitur. Eratq; iocundus in fabulis, strenuus in cōſi-  
lijs, iustus in iudicio, & in commissionib⁹ fidelis. Dixit ad  
Clodou. Tua est hęc regio; quare eā vastare permittis? Iu-  
be Gūdobadū tibi tributa ſoluere, & ipſi & regioni domi-  
naberis. Quod ſi noluerit, perfice q; cecepisti. Hęc iniūcta  
Gund: à Clod: Gūdobad⁹ implere pmiūt. Clod:redijt in

Rrrr 2 ° Fian-

## Caput 22.

al. a Gundo-  
bado f. p. 1.  
contra Chlo-  
doueum po-  
ſtulans Vide  
Greg. lib. 2. de  
gef. Franc.  
cap. 23. Aimo-  
in lib. 1. cap. 19

## Caput 23.

Franciam, relictis cum Godegisilo quinq; millibus Francorum. Exiens Gundobadus de Auione resumptis viribus Godegisilum Viennæ circundat, per aquæ ductum in ciuitatem ingrediens, Godegisilum interfecit, Francos aggregatos in unam turrem ferro trucidauit, nihilq; postea Clodoueo reddere dispositus.

Cap. 24.

+ al. XCC.

Greg. 2. de gest.  
Franc. c. 37. A. i.  
moin. t. c. 22.  
Baron. tom. 6.  
an 507.

Tal Clodoueus

**G**itur Alaricus rex Gothorum cū amicitias fraudulenter cum Clodoueo inisset. Quod Clodoueus discurrente Paterno legato suo cernens, aduersus Alaricum arma commouet, & in Campania Voglauensi \* x. ab urbe Pictaua miliario Alaricum interfecit, & plurima manu Gothorum trucidata, regnum eius à mari Tyrrheno, Ligeri fluuio & montibus Pireneis usq; Oceanum mare à Clodoueo occupatum est. Et thesauros Alarici à Tolosa auferens secum Parisius duxit, & multis muneribus Ecclesiam sancti Martini & sancti Hilarij ditauit: quorum fultus auxilio hæc celeriter impleuit. Cumque Parisius perrexisset, ibi cathedram regni constituit. Theodoricus eiusdem filius, ciuitatibus captis circa maritima iussu patris filius ad eum reuertitur. Filius Sigiberti regis nomine Theodoricus, quem cum exercitu eius in subsidium contra Goths Clodoueus habuerat, leuis verbis, dum per Scalde fluuium nauigaret, attractus. Ipse vero patrem suum Sigibertum in Burgundia interfecit dolose: & ipse à percussoribus Clodouei interfactus est. Regnum Sigiberti absq; ylo prælio cum thesauris Clodouei assumpsit.



Carri-